


62

Sammelband 16

+







2.

BARTOLDI NIHVSI
COMMENTA-
RIVS LOGICVS
NOVVS, SVCCINCTVS
AC DILVCIDVS
 De
ENVNCIATIONIBVS
 ET
SYLLOGISMIS
 MODALIBVS.

Fr. 408



J E N Æ

expis & sumptibus

JOHANNIS BEITHMANNI.

clō lō cxiix.



PARTEI NUNTI

COMMENTA

RIVS LOGICVS

CONNECTIVVS

NO DITTE

DE

ENYNCIATIONIBVS

ET

SYLLOGISMIS

MODIS



J. B. M.

1774

JOHANNIS BELTHMANI

OPUS





MATTHIÆ
OVERBEQVIO
BELGÆ,

Viro præstantissimo
S. P.



Vàm non solùm exi-
miæ tuæ sint virtutes,
verùm & præclara
merita in eruditio-
nem, ut qui selectissimi inge-
nii juvenes sex, & ultrà, excoli
perquàm liberaliter ære tuo
curas, ad studia tum sacrarum
litterarum tum elegantiaë, id

A 2 • quidem

quidem sicuti mihi comper-
tissimum, ita neq; prædicatu
forſan ſit operoſum. Sed neq;
id nunc ago, neq; deerunt, au-
guror, qui provinciam hanc
tubcant majore tuâ cum glo-
riâ. Quin teſtari tibi ex inter-
vallo ſaltem adfectum meum
volui. Nunquam profectò
non recordor familiaritatem
illam annorum quatuor, qui-
bus conjunctiſſimus tibi vixi
in academia Julia, apud ſum-
mum virum, Cornelium Mar-
tinum. Adeoq; factum iſtud à
me fuiſſet, quantumvis nihil
etiam cauſæ poſtmodùm ac-
ceſſiſſet. At verò inſuper tu ab

eo

eo tempore aliquoties me, pri-
stinum tuum congerronem,
evocasti Francofurtum, uti
sermone, de rebus ad sapien-
tiam pertinentibus, tecum in-
tegrarem juxtà ac amorem
tuum recognoscerem. Sed &
quadriennio fermè abhinc,
Belgium peragraturus, à late-
re tibi esse jubebas tuum Bar-
toldum, adversus variarum
istic opinionum patronos,
quibuscum conflictandum
neq; falsò ominabare. Imò
necdum satis hoc erat, nisi in-
signi eundem pòst, ut sæpi-
culè aliàs, beares honorario,
quum capita disciplinæ illius,

A 3

quæ

quæ substantiis debetur incorporeis, sicuti physica corporeis, monitu tuo in methodum nonnihil coëgisset. Hisce, inquam, nominibus non nisi gratias immortales agendum tibi censui in præsentia: & publicè quidem, quòd silentio quidquam istorum tegi ultra par non sit. Faxit is, qui moderatur magnum hoc universum, uti dignis modis hæc tua tibi vortat benignitas. Ipse equidem, vel minimum compensando me fore, vix erit ut animum inducam meum. Intereà tamen, quemadmodum sollicitè antehac sciscitanti tibi,

bi,

DEDICATORIA.

bi, quid rerum gererem, quam
studiorum partem manibus
versarem, lucubrationum in-
terdum quid nisi, ita nunc
quoq; tuus hic libellus esto;
quando meam qualemcunq;
de modalibus mentem doceri
tantopere toties expetiisti.
Quem uti boni consulas, non
tam rogo, (longè enim splen-
didiore dignus eras donario,
quàm uti in tuis me esse per-
petuùm sinas, idq; certò tibi
persuadeas, tui tuorumq;
observantiozem neminem ef-
se Nihusio. Vale felicissimè,
mi Overbequi, & saluta, quic-
quid amicorum istic ad Mœ-

A 4

num

6 *EPISTOLA DEDICATORIA.*

num est. Ex academiâ Jenen-
si, Eidibus Decembris, anni
clo 1o cxvii.

Bartoldus Nibsius.

LECTO-



LECTORI ERV- DITO.



Icuti præclaris veterum re-
 pertis venerabundi meritò
 insistent, qui seriò & accu-
 ratè sectantur sapientiam;
 ita neq; abs re suspectum ipsis utpluri-
 mùm est omne novitium, in disciplinis,
 dico, quas rectissimè jam antè semel tra-
 ditas qui consensu suo stabilirent, homi-
 nes perspicacissimi & laboriosissimi, nul-
 lis unquam defuere seculis, nullis fermè
 orbis partibus. Maximè si tot suffragio-
 rum millibus ad stipulari nolle deprehen-
 datur is, cui neq; locus adhuc neq; no-
 men in republica litterariâ, id verò
 vel summam interpretari solent inperi-
 tiam vel vanissimam arrogantiam.

A S Quàm



Quàm vereor, ne & huic meo capiti
 ejusmodi alicunde immineat censura!
 Sed audi sodes, mortalium optime, quis-
 quis legere hæc tanti putabis. Sanctè
 confirmo; si quisquam unquam maximi
 fecit antiquos illos eruditionis principes,
 ego id sum. Nolim ergo te turbet, quod
 nihil ferè minùs existimabor sequutus,
 quàm ductum magni illius Stagiritæ, in
 parte logices de enunciationibus & syl-
 logismis modalibus. Idem factitare
 jam inde ab initio, tametsi non tot ca-
 pitibus, ausi sunt Græci, Arabes, Lati-
 ni, imò & è nostratibus hodiè permulti,
 quorum quantum videre licuit legi ego
 super hac re diligenter, & expendi me-
 cum, non die uno alterové, sed annis
 propemodum octo; ne mihi nunc primu-
 lum natas cogitationes hæc arbitrerè.
 Istis verò quum veniam nemo neget,

CUT

cur meum solius dignum cruce sit faci-
nus? At neq; horum cuiquam accedere
me in omnibus, forsitan culpabis. Quis-
quid ejus sit, ipsi equidem illi & inter
sese dissident plurimum. Et verò ego
non nisi mentem meam parcè modera-
teq; promulgo: nemini me oppono: ne
mentionem quidem injicio cujusquam;
quum aliàs, cur à quibus abeam, clarè
etiam edisserere possim. Ita neq; mea hac
morosè aut pertinaciter cuiquam obtru-
do. Tantum, inquam, abest, ut vel
philosophum ipsum vel interpretes ma-
nibus tuis excussam eam, ut obsecrem
potiùs & obtester, quemadmodum pro-
fecisse ego me eorum ope plurimum grato
animo agnosco, ita honorificè tu quoq;
sentire de ipsis pergas, curiosissimeq; si-
mul inquiras, an etiam rem acu semper
tetigerim, neq; mihi invideas, si quid
invene-

inveneris rectius. Nemo mediusefidius
veritati manus dabit promptius & ala-
crius, quàm ego: sicuti nemo quoq; optet
vehementius, viam tandem in doctri-
nâ modalium fieri planissimam & expe-
ditissimam. Utq; adeò ingenuitatem
meam & verecundiam adhuc magis
perspicias, ne hoc quidem quicquid est
libelli divulgassem, nisi tentare me isto
pacto lucem jussissent ii, quorum iudicio
non ipse tantùm tribuo plurimum in hoc
genere, sed & eruditissimi ac prudentis-
simi quiq;. Hisce ergo obsequutus deniq;
sum, potissimùm quum & probassem
ipsis, tam antiqua quàm nova hæc dici
haud absurdè posse, quippe quòd prin-
cipia & fundamenta totius negotii ab
aliis, qui pridem vixere, accepissem,
iisq; saltem novas quasdam observatio-
nes pro modulo meo superstruxissem,
indeq;

PRÆFATIO.

12

indeq; & hoc egissem, ne vel minimo
usus perhiberer termino insolente. Hoc
te volui, lector, ne consilii mei ignarus,
in partem sequiorem quid capias. Vale
& Nihusium, si meretur, ama. Jenæ ad
Salam, Eid. Decembr. cId Id cxvii.

COM-



COMMENTARII

PARS PRIOR

DE ENUNCIATIONIBVS MODALIBVS.

CAPVT I.

Enunciationum modalium alias esse conpositas, alias diuisas.

IN disputationibus periculum non unius difficultatis aut incommodi uti effugias, ante omnia discrimen illud, quod ipsa statim heic monstrat natura, altissimè animo infigas oportet. Aliæ nempe enunciationum, quas modales nuncu-

nuncupant, conpositæ sunt, aliæ
divisæ.

Conpositæ quidem, quum di-
ctum, sive totum illud, quod præ-
ter modum est, unici sustinet ra-
tionem termini, modus autem de
eo prædicatur solus: ut in hisce:
Socratem esse animal, est necessarium.
Socratem esse lapidem, est impossibile.
Socratem sedere, est contingens. Socra-
tem fieri consulem, est possibile. ubi in
exemplo primo illud, *Socratem esse*
animal, subjectum est, prædicatum
verò, *necessarium*. quomodo jam
porrò quoq; statuendum de cete-
ris. Prædicatum, inquam, modus
est omninò, tametsi primo etiã loco
interdum positus, ut heic, *Necessarium*
est Socratem esse animal. *Impossibile*
est Socratem esse lapidem. & sic dein-
ceps. Divisæ

Divisæ verò, quum dictum interposito modo dividitur, ut non amplius pro uno stet termino, sed pro duobus, subjecto & prædicato: veluti si dicam: *Socrates necessario est animal. Socratem impossibile est esse lapidem. Socrates contingenter sedet. Socratem possibile est fieri consulem.* ubi in primo exemplo, imò & in reliquis, subjectum est, *Socrates*, altera autem pars dicti, mediante modo, inde dirimitur & in prædicati pomæria summovetur.

Diversitatem, eamq; triplicem, quis non abundè hinc perspicit? Compositarum enim subjectum dictum integrum est; divisarum, simplex saltem terminus. Sic prædicatum illarum nudus est modus; harum contrà, modus cum termino dicti

dicti altero. Nec non modus in illis quidem perpetuò ac necessariò est nomen; in his meliùs effertur, quoties quidem potest, adverbialiter, nempe quia sic termini enunciationis, aliàs obliqui, rediguntur in rectos. Addo, quoties potest: neq; enim, sicuti necessarium & contingens, ita impossibile quoque & possibile in adverbia flectit lingua Romana.

Accipe tu tamen loco auctarii, si lubet, duas adhuc differentias alias. Vna est, quod si composita mutetur in divisam, ut ut servatis iisdem vocibus, vera interdum abeat in falsam. Verbi causâ, composita hæc simul est & vera: *Omne numerum esse imparem, non est necessarium.* omnem quippe numerum

B

esse

esse inparem, quum sit falsum, certè necessarium non erit. Divisa autem est & falsa ista: *Quicquid est numerus, non est necessario impar.* ternarius enim numerus est numerus, & est necessario impar. Vera item composita hæc: *Omne ens esse increatum, non est necessarium.* nempe falsum quum sit, omne ens esse increatum, necessarium equidem non erit. Falsa autem divisa illa: *Quicquid est ens, non est necessario increatum.* Deus enim est ens; & verò ille est necessario increatus.

Similiter vera est composita: *Omni partem hominis esse corpoream, est impossibile.* dictum quippe ejus falsum, idq; propter animam intelligentem, quæ pars quidem, sed non corporea: neq; tamen contingenter

genter falsum: impossibile igitur.
Falsa contrà est divisa: *Quicquid est
pars hominis, impossibile est esse corpo-
reum.* brachium enim est pars ho-
minis, neq; id tamen impossibile
est esse corporeum, quum omninò
sit corporeum. Vera quoq; est
composita: *Nullam partem hominis
esse corpoream, impossibile est.* falsum
enim ejus dictum; neq; contingen-
ter tamen falsum: ergo impossibi-
le. Falsa divisa: *Quicquid est pars ho-
minis, impossibile est non esse corporeum.*
anima enim pars hominis: neque
eam tamen impossibile est non esse
corpoream, sed potiùs impossibile
est esse corpoream.

Vera porrò est composita: *O-
mne ens hodiè existere, non est contin-
gens.* dictum enim ejus falsum:

B 2

quo-

quoniam quædam entia, puta quæ
 vel jam antehac exstiterè, ut A-
 lexander, Plato, Salomon, vel in
 posterum demum existent, ut pro-
 nepotes & abnepotes nostri, ho-
 diè profectò non existunt: quare
 neq; dictum illud quoddam con-
 tingens est. Falsa divisa: *Quicquid
 est ens, non contingenter hodiè existit.*
 cœlum enim est ens, & terra, & q-
 libet corpus actu vivens, & tamen
 contingenter hæc hodiè omnia ex-
 istunt. Contingens autem, ne ne-
 scias, propriè heic sumo, pro eo,
 quod quidem actu est, sed potest
 non esse. Vera itidem est compo-
 sita: *Omnem arborem ferre fructum,
 non est contingens.* falsum enim ejus
 dictum, quum tamarix, populus,
 alnus, alaternus, fructum non fe-
 rant:

rant: neq; ergo contingens, five
quod idem est, contingenter ve-
rum. Falsa autem diuisa: *Quicquid*
est arbor, non contingenter fert fru-
ctum. quum contra, quicquid ar-
borum est, quod fert fructum, con-
tingenter saltem ferat fructum.

Vera deniq; est composita: *O-*
mnem hominem esse doctum, possibile
est. neq; enim dictum actu verum
est, sed tamen potest esse verum:
possibile ergo. Falsa diuisa: *Quic-*
quid est homo, possibile est esse doctum.
videlicet quia philosophus est ho-
mo, & simul actu doctus; neque
ipsum igitur possibile amplius est
esse doctum. Sicuti & vera ista est
composita: *Nullum hominem esse do-*
ctum, possibile est. quod per se cla-
rum. Falsa autem diuisa hæc: *Quic-*

B 3

quid

quid est homo, possibile est non esse doctum. rusticus enim est homo, & est actu non doctus; non ergo eum possibile est non esse doctum. De possibili enim accuratissimè heic loquor, prout nempe dicit, rem actu non esse, sed saltem posse esse.

Atq; hæc differentiarum, de quibus dixi, una est. Sequitur nunc altera. Accidit enim præterea, ut composita duplicem interdum habeat sensum, divisa verò, quæ inde fit, non item. Etenim composita ejusmodi: *Quoddam animal esse hominem, est necessarium, tum sic intelligi potest: Quoddam, quod est animal, esse hominem, est necessarium. tum hoc pacto: Esse aliquod animal, quod sit homo, est necessarium. è quibus verum prius, falsum*

sum

sum posterius. Divisæ autem istius:
Quoddam animal est necessario homo,
 simplex & unicus sensus: in quo
 ipsam etiam veram esse uti statim
 videas, subintellige in subjecto cer-
 tum individuum, veluti par est, pu-
 ta hoc modo: *Quoddam animal, vi-*
del. Socrates, est necessario homo.

Ita duplex quoq; acceptio com-
 positæ hujus: *Quandam substantiam*
esse leonem, est contingens. una:
Quoddam, quod est substantia, esse
leonem, est contingens. altera: *Esse*
quandam substantiam, quæ sit leo, est
contingens. quorum illud falsum,
 hoc verum. Simplex autem & uni-
 ca istius divisæ: *Quædam substantia*
contingenter est leo: quæ falsissima
 est: de nulla enim substantia rectè
 dicitur, quod contingenter sit leo:

B 4 non

non sanè de leone ipso: multò verò minùs de substantiis ceteris, quæ non sunt leones.

Neque minùs composita illa: *Nullum animal esse equum, est impossibile*, tum hunc sensum admittit: *Omne quod est animal, non esse equum, est impossibile*, tum istum: *Nullum esse animal, quod sit equus, impossibile est*. quorum prius verum, posterius falsum. Vnicum contrà diuisa isthæc: *Quicquid est animal, impossibile est non esse equum*: quæ falsa.

Ac demum per compositam talem: *Nullum lapidem esse adamantem, possibile est*, vel hoc innuitur: *Quicquid est lapis, non esse adamantem, possibile est*, vel illud: *Nullum esse lapidem, qui sit adamas, possibile est*, quorum prius falsum, posterius

rius

rius verum. Vnum autem tantum-
modò per diuisam hanc: *Quicquid*
est lapis, possibile est non esse adaman-
tem. quæ falsissima: quum nullum
potius lapidem possibile sit non
esse adamantem: non certè eum,
qui non est adamas, quòd aliàs
actu esset adamas, posset solum-
modò non esse adamas: multò mi-
nimè eum, qui est adamas, quod
per se manifestum.

Atq; ita demonstravimus, ut ar-
bitror, solidissimè, distinguendas
esse modales compositas à diuisis.
Quarum illas appellant aliqui &
modales de dicto, has verò moda-
les de re. Non forsan absurdè:
quum dictum in illis quidem sit
integrum, in his dissipatum, ac
tantum non prorsus nullum.

B S

CAP.

CAPVT II.

Neque modales compositas,
neq; diuisas differre ab ab-
solutis.

NVnc planum reddere cona-
bimur, & compositas & di-
uisas, exquisitè agendo, referri
oportere ad enunciationes absolu-
tas. De cōpositis res est clara, quum
copulam habeant non aliam quàm
qualem exposcunt absolutæ. Et-
enim si dicam: *Socratem esse animal,*
est necessarium. Socratem esse lapidem,
non est necessarium. verbum illud
substantivum, quod connectit
modum cum dicto, annon in prio-
ri absolutè ait, in posteriori abso-
lutè negat.

Neq; modus etiam determinat
aut

aut primariò respicit copulam dicti, quum de toto dicto, tanquam uno termino, enunciatur. Omnium hoc apertissimum in compositis veris illis, quæ, transformatæ in diuisas, evadunt falsæ. Verbi gratia: *Omnem partem hominis esse corpoream, est impossibile.* heic de toto isto, *Omnem partem hominis esse corpoream*, prædicatur, quod sit quoddam impossibile, non verò ad solam dicti copulam refertur.

Adhæc do tibi plures alias: utpote: *Socratem esse animal, verum est. Multos imperitare, malum est. Icarum volasse, fabula est. Hominem esse solum, bonum non est. Christum esse verum deum, de fide est. Impios placere deo, credibile non est. Parentes esse honorandos, principium nobiscum natum*

natum est. Omnia peccata esse paria, opinio Stoica est. Cujus generis etiam sexcentas ultra congerere promtum mihi sit, si res flagitet. Hæ verò quum absolutæ sint, utut pro subiecto integrum habeant dictum, cur non & illæ, quas diximus? Eadem hercle est forma, eadem ratio.

De divisis uti negotium animadvertas æquè esse liquidum, ita velim existimes, copulam neq; heic determinari à modo, sed potiùs prædicatum, adeoq; hujus eum esse partem. Neq; te moveat, quod præfigi modus consueverit copulæ; ut: *Socrates necessario est homo, Socrates contingenter est philosophus.* Mollior namq; eloquutio id ita fieri saltem requirit: unde accurata rei veritas nequaquam æstimanda.

In

In promptu quoq; sunt cuius
exempla haud absimilia; ut: *Socra-
tes omninò est homo. Deus certissimè est
vindex scelerum. Homerus facilè est
poëtarum princeps.* Et verò inaudi-
tum, hæc & id genus plura separari
ab absolutis debere, quòd durius-
culus videatur sermo, si adverbia
non anteponantur copulæ, sed
post eam locentur ad afficiendum
prædicatum. Inter has autem
enunciationes & priores istas di-
scrimen itidem invenias nullum.

Neq; diversa ratio modorum,
quæ efferri adverbialiter nequeunt,
ut in illis: *Quicquid est homo, impossi-
bile est esse lapidem. Quicquid est equus,
possibile est currere.* Nam & hæ sunt
ejusmodi: *Qui litteris diligenter ope-
ram dat, eum credibile est futurum vi-
rum*

rum eruditum. Qui dives est, eum difficile est introire regnum cœleste. Quod pulcrum, id suave est intueri. & sunt absolutæ, quod nemo, fat scio, diffitebitur.

Adde, quod modus etiam pars subjecti nonnunquam fiat, ut heic: *Quod necessariò est animal, substantia est. Quod impossibile est esse animal, non ambulat. Quod contingenter dormit, est animal. Quod possibile est ambulare, habet pedes.* Sicuti autem hæ non desistunt esse absolutæ, tametsi modus pars subjecti sit, ita cur desistant illæ, in quibus modus pars prædicati?

Ex dictis infero ego, neq; compositas neq; divisas meritò contradistingui absolutis. Imò & hoc indidem unà intelligas licet, præter
cas

eas, quæ sunt de necessario, impos-
sibili, contingente, & possibili, ex-
stare infinitas adhuc alias, tam
compositas quàm divisas, quæ
eandem obtineant rationem.

CAPVT III.

De qualitate tum composita-
rum tum diuisarum.

Quoniam ergo neq; compo-
sitæ neque diuisæ aliud sunt
quàm absolutæ, neq; adfectiones
earum aliter se habebunt, quàm
absolutarum. De qualitate uti pri-
mò agamus, compositæ quidem
affirmantes hæ sunt: *Hominem esse
animal, est necessarium. Equum esse
canem, est impossibile. Petrum ambu-
lare, est contingens. Petrum fieri re-
gem,*

gem, est possibile. Christum revixisse, est articulus fidei. Actæona mutatum esse in bestiam, est fabulosum.

Sed & affirmantes illæ sunt, licet de dicto negato: Hominem non esse lapidem, est necessarium. Adamantem non esse lapidem, est impossibile. Equum non currere, est contingens. Infantem non fore senem, est possibile. Mundum non fore æternum, effatum dei est. Mahumetem non fuisse impostorem, nugæ sunt. Quas quidem privativas qui nuncupent, non defunt ex antiquitate ipsa.

Negantes verò istæ: Hominem esse leonem, non est necessarium. Equum currere, non est impossibile. Petrum esse animal, non est contingens. Arborem esse hominem, non est possibile. Vnum superari à multis, non est difficile. Ani-
mam

*mam ab obitu nostro supervicturam,
non est de nihilo.*

Neque minùs privativæ illæ:
*Hominem non esse substantiam, non est
necessarium. Canem non esse lapidem,
non est impossibile. Equum non esse be-
stiam, non est contingens. Leonem non
esse animal, non est possibile. Hominem
non esse animal, non est credibile. Ter-
ram non quiescere, non est probabile.*

Ratio nempe affirmandi & ne-
gandi, ut patet, in solâ consistit co-
pulâ, quæ modo dictum adnectit.
Perinde ergo est, sive negans sit di-
ctum, sive adfirmans.

Idem jam dic & de divisis. Ad-
firmant enim illæ: *Homo est necessa-
riò animal. Quod est homo, id impossi-
bile est esse equum. Socrates est contin-
genter philosophus. Qui est rusticus, eum*
C possibile

possibile est esse doctum. Deus est certissime omnipotens. Homo facile incurrit infortunium.

Itemq; privativæ istæ: Equus est necessario non arbor. Quod est leo, id impossibile est non esse animal. Philosophus est contingenter non indoctus. Qui est homo, eum possibile est non esse divitem. Deus est reverà non auctor mali. Terra est profectò non levis. Quarum primam, tertiam, quintam & sextam, utpote profatu asperiusculas, sic emollit sermo communis: Equus necessario non est arbor. Philosophus contingenter non est indoctus. Deus reverà non est auctor mali. Terra profectò non est levis. quæ ceteroquin negantes esse videri possint, quum sint affirmantes. Privativas namq; heic voco, quum vocula negans modo

modo & residuo prædicati est interjecta.

Negant verò tum hæ: *Euclides non est necessariò mathematicus. Quod est equus, non impossibile est currere. Petrus non est contingenter animal. Quod est homo, id non est possibile esse lapidem. Quorum virtutibus obstat res angusta domi, haud faciliè emergunt. Qui semper otiantur, non rectè vivunt.*

Tum privativæ illæ: *Leo non est necessariò non substantia. Quod est canis, non impossibile est non currere. Equus non est contingenter non homo. Quod est lapis, non possibile est non ferri deorsum. Qui est imperitus, non facile non errat. Deus non est reverà non simplicissimus. Quarum prima, tertia, & ultima sic aliàs enunciantur:*

C 2

Leo

*Leo non necessario non est substantia.
 Equus non contingenter non est homo.
 Deus non revera non est simplicissimus.
 Atq; ita habet modalium utriusq;
 generis qualitas.*

CAPVT IV.

De quantitate tum compositarum, tum diuisarum.

Qualitatem sequitur quantitas. Et compositis quidem non nisi singularis competit: idq; siue dictum habeant universale, siue particulare, siue indefinitum, siue singulare: ut: *Omnem hominem esse animal, necessarium est. Quendam hominem esse animal, necessarium est. Hominem esse animal, necessarium est. Hunc hominem esse animal, necessarium est.*

est. Omnes, inquam, hæ singula-
res sunt. Causa est, quia pro termi-
no singulari, sive unicâ quasi re,
supponere potest integrû dictum.
Vnde & primæ quidem sensus
istiusmodi: *Hæc enunciatio, omnis
homo est animal, est necessaria.* vel sic:
*Hoc quod dicit enunciatio illa, omnis
homo est animal, est necessarium.* Et
sic de ceteris.

At verò divisarum totuplex est
quantitas, quotuplex absolutarum
aliarum, quarum subjectum patet
suscipiendis signis quibuslibet. V-
niversales ergo sunt: *Omnis homo est
necessariò doctus. Nullus homo est ne-
cessariò doctus.* Particulares verò:
*Quidam homo est necessariò doctus.
Quidam homo non est necessariò doctus.*
Indefinita: *Homo est necessariò do-*

ctus. Singularis deniq;: Hic homo est necessario doctus.

Perinde autem utrobique est, tam in compositis, inquam, quam in divisis, quicunq; tandem in ipsis reperiatur modus. Illic enim quum sit prædicatum, heic prædicati pars, nihil ei negotii unquam cum quantitate, ut quæ desumitur saltem è subjecto. Quare neq; exempla alia subijcere adtinet.

CAPVT V.

De finitis ac infinitis tùm compositis tùm divisis.

EXpositâ quantitate, superest dicendum, quomodo se habeant finitæ & infinitæ. Compositæ ergò finitæ hæ sunt: *Hominem esse*

esse animal, est necessarium. Hominem esse lapidem, non est necessarium. Infinitæ verò istæ: Hominem esse philosophum, est non necessarium. Hominem esse substantiam, non est non necessarium.

Ita divisæ finitæ sunt illæ: Equus est necessario animal. Equus non est necessario lapis. Infinitæ autem: Socrates est non necessario doctus. Socrates non est non necessario homo.

Facilia hæc quidem universa, neq; omittenda tamen, ne, quas diximus privativas, per imprudentiam quis ceteroquin confundat cum infinitis. Vnum addo, in divisis non prædicatum saltem sed & subjectum posse esse infinitum, in compositis verò forsan non item. Causam rei deprehendes conti-

38 DE ENUNCIATIONIBVS
nuò, qui vel tentabis proferre ex-
emplum.

CAPVT VI.

De oppositione tum compo-
sitaram tum diuisarum.

ATq; ita affectiones illæ tres
fuerunt, quæ enunciationem
seorsim sumtam concernunt. Se-
quuntur nunc alteræ istæ, quæ ex
duarum vel plurium enunciatio-
num, iisdem terminis utentium,
collatione emergunt. Quarum
prima quidem est oppositio.

Hæc in compositis non nisi
contradictoria, nempe quum sin-
gulares ipsas esse, ex suprâ dictis
jam constet. Contradicunt ergo
sibi inter se duæ illæ:

Omne

Omniem hominem *Omniem hominem*
esse doctum, est *esse doctum, non*
necessarium. *est necessarium.*

nec non hæ duæ:

Quendam homi- *Quendam homi-*
nem esse doctum, *nem esse doctum,*
est necessarium. *nō est necessariū.*

Et providendum quidem dili-
 genter, uti dictum utriusq; oppo-
 sitarum unum sit idemq;.

Quibus cognitio facile jam per-
 spicere est, neq; contrarias esse in
 subsequente schemate, utut vide-
 antur, neq; subcontrarias, neq; et-
 iam contradictorias:

Omniem hominem *Nullum hominem*
esse doctum, est *esse doctum, est*
necessarium. *necessarium.*

Quendam hominē *Quendam hominē*
esse doctum, est *non esse doctum,*
necessarium. *est necessarium.*

C 5

Et

Et singulares enim hæ sunt omnes, & affirmantes; & insuper subjecta habent diversissima.

In divisis verò triplex ista oppositio locum habet, in hunc quidem modum:

Omnis homo est necessario doctus. *Nullus homo est necessario doctus*

Quidam homo est necessario doctus. *Quidam homo non est necessario doctus.*

Secus verò est in illâ quaternione:

Omnis homo est necessario doctus. *Omnis homo est necessario non doctus.*

Quidam homo est necessario doctus. *Quidam homo est necessario non doctus.*

Affirmant enim hæ universæ: & præterea in pari dextro alia sunt prædicata à prædicatis in pari sinistro.

CAP.

CAPVT VII.

De æquipollentia tum com-
positarum, tum divisa-
rum.

Æ Quipollentia, propriè sic
dicta, in compositis frustra
quæritur. Singulares enim hæ tan-
tummodò: illa verò in universali-
bus & particularibus unicè adten-
ditur.

In divisis contrà est. Æquiva-
lent enim hæ omninò:

Omnis homo est necessariò animal.

Nullus homo non est necessariò animal.

Non quidam homo non est necessariò animal.

quæ universaliter affirmant; quem-
admodum & privativæ istæ:

Omnis homo est necessariò non lapis.

Nullus homo non est necessariò non lapis.

Non quidam homo non est necessariò non lapis.

Exempla universaliter negan-
tium,

tium, & particulariter tum affirmantium tum negantium, sciens omitto; quando facilè jam porrò subintelliguntur, ab eo præsertim, qui æquipollentiam illic didicerit, ubi de enunciationibus absolutis ex instituto agere consueverunt logici.

Verùm enimverò præter æquipollentiam illam est adhuc alia, puta inter enunciationes non uniformiter modificatas. Sic in compositis necessariae æquivalent impossibilibus, si dictum unius contradicat è diametro dicto alterius: ut heic:

Affirmantes au- Negantes sunt:
tem sunt:

Omne

<i>Omniem hominem esse animal, est necessarium.</i>	<i>Omniem hominem esse animal, non est necessarium.</i>
<i>Quendam hominem non esse animal, est impossibile.</i>	<i>Quendam hominem non esse animal, nō est impossibile.</i>
Affirmātes sunt:	Negantes sunt:
<i>Nullum hominem esse lapidem, est necessarium.</i>	<i>Nullum hominem esse lapidem, non est necessarium.</i>
<i>Quendam hominem esse lapidem, est impossibile.</i>	<i>Quoddam hominem esse lapidem, non est impossibile.</i>
Affirmātes sunt,	Negantes sunt,
<i>Quendam hominem esse animal, est necessarium.</i>	<i>Quendam hominem esse animal, non est necessarium.</i>
<i>Nullum hominem esse animal, est impossibile.</i>	<i>Nullum hominem esse animal, non est impossibile.</i>

Affir-

Affirmātes sunt, Negantes sunt,
Quoddam animal non esse canem, *quoddam animal non esse canem,*
est necessarium. *nō est necessariū.*

Omne animal esse canem, *est im-* *Omne animal esse*
possibile. *possibile.*

Eâdem porrò conditione æqui-
 pollent sibi invicem contingentes
 & possibiles.

Affirmātes n. sunt, Negantes sunt,
Omnem hominem ambulare, *est* *Omnem hominem*
contingens. *ambulare, non*
est contingens.

Quendam hominē non ambulare, *quendam hominē*
est possibile. *non ambulare,*
non est possibile.

Imò istæ etiam, quæ sunt de
 vero & falso.

Affirmantes heic sunt, Negantes verò,
 Omnem

Omnem leonē currere, verum est. quendam leonem non currere, falsum est.

Omnem leonē currere, non est verū quendam leonem non currere, non est falsum.

Licebit autem tam heic, quàm illic, tripliciter insuper variare æquipollentiam, ad exemplum, quod dedimus in necessariis & impossibilibus. In uniuersum verò contradictoria semper oportet æquivalentium esse dicta, non contraria aut subcontraria: neque mutua enim aliàs consequutio.

In diuisis itidem æquipollent necessariae impossibilibus, & contingentes possibilibus, sed ita ut privativa sit una, altera non item, qualitatem verò & quantitatem utraq; habeat eandem.

Vniuer-

Uniuersaliter er-
go hæ affirmant,
*Quicquid est homo,
est necessario a-
nimal.*

*Quicquid est ho-
mo, impossibile
est non esse ani-
mal.*

Particulariter af-
firmant,

*Quoddam quod est
homo, est neces-
sario animal.*

*Quoddam quod est
homo, impossi-
bile est non esse a-
nimal.*

Uniuersaliter i-
stæ negant:

*Quicquid est homo,
non est necessario
animal.*

*Quicquid est ho-
mo, non impossi-
bile est non esse
animal.*

Particulariter ne-
gant,

*Quoddam quod est
homo, non est ne-
cessario animal.*

*Quoddam quod est
homo, non im-
possibile est non
esse animal.*

Atq; heic privativæ fuere, non
necessariæ, sed impossibiles. Sub-
damus ergo, ubi contrà res habet.

Vni-

Uniuersaliter af-
firmant,

*Quicquid est ani-
mal, est necessa-
riò non lapis.*

*Quicquid est ani-
mal, impossibile
est esse lapidem.*

Particulariter af-
firmant,

*quoddam quod est
animal, est ne-
cessariò non la-
pis.*

*quoddam quod est
animal, impossi-
bile est esse lapi-
dem.*

Sequitur æquipollentia contin-
gentium & possibilium.

Uniuersaliter ne-
gant,

*Quicquid est ani-
mal, non est ne-
cessariò nõ lapis.*

*Quicquid est ani-
mal, non impos-
sibile est esse la-
pidem.*

Particulariter ne-
gant,

*Quoddam quod est
animal, non est
necessariò nõ la-
pis.*

*Quoddam quod est
animal, non im-
possibile est esse
lapidem.*

D

Vni-

Univerfaliter af- Univerfaliter ne
firmant, gant,

Quicquid est ho- quicquid est homo,
mo, est contingē- non est contin-
ter doctum. genter doctum.

Quicquid est ho- quicquid est homo,
mo, possibile est non est possibile
non esse doctum. non esse doctum.

Particulariter af- Particulariter ne
firmant, gant,

Quoddam quod est Quoddam quod est
homo, est contin- homo, non est cō-
genter doctum. tingenter doctū.

Quoddam quod est Quoddam quod est
homo, possibile homo, non est
est non esse do- possibile non esse
ctum. doctum.

Atq; heic possibles fuere omnes
privativæ. Non adpono autem
eas, ubi privativæ contingentes.

Quid

ne
mo,
m.
mo,
bile
um.
r ne

Quid enim opus sit, quum obscuritas appareat nulla?

Sic ergo æquivalent diversorum modorum & compositæ & divisæ, adeoq; dispari, ut patuit, ratione: quum in illis quidem aliud subiectum requiratur simul & aliud prædicatum, in his verò tantum aliud prædicatum.

CAPVT IIX.

De finitarum & infinitarum sequela mutuâ in utrisq;

dest
cõ-
ctū.
dest
est
esse
nes
tem
tes.
uid

Post absolutarum oppositionem & æquipollentiam tradit affectio illa solet. Quam ob rem & nos mori huic rectè, ut arbitror, insistimus. Res expeditissima est, & forsàn jam per se nota.

D 2

In

In compositis tum istæ inferuntur reciprocè: *Hominem esse animal, est necessarium. Hominem esse animal, non est non necessarium.* tum hæ: *Hominem esse lapidem, non est necessarium. Hominem esse lapidem, est non necessarium.*

Sic tum hæ mutuò ad se consequuntur: *Equum esse canem, est impossibile. Equum esse canem, non est non impossibile.* tum illæ: *Equum currere, non est impossibile. Equum currere, est non impossibile.*

In divisis tum illæ: *Homo est necessariò substantia. Homo non est non necessariò substantia.* tum istæ: *Homo non est necessariò doctus. Homo est non necessariò doctus.*

Neq; minùs tum illæ: *qui est homo, eum est impossibile esse lapidem. qui est*
est

est homo, eum non est non impossibile esse lapidem. tum hæc: quod est animal, non est impossibile dormire. quod est animal, est non impossibile dormire.

Idem jam porrò iudicium est tam in compositis, quàm in divi-
fis, quocunq; etiam alio modo uti
velis. Observa tu verò, quod jam
antè quoq; monuimus, ne pro in-
finitis privativas supponi tibi pa-
tiaris.

CAPVT IX.

De conversione tum compo-
sitarum, tum divisarum.

Compositas omnes esse singu-
lares, dictum fuit suprà. Sin-
gulares autem, quando virtute
quidem sunt universales, eodem

D 3

pror-

prorsus pacto convertuntur ut universales.

Quapropter & affirmans illa composita: *Hominem esse animal, est necessarium*, tum in affirmantem hanc particularem vertitur: *quoddam quod est necessarium, est illud, Hominem esse animal.* tum per contrapositionem hac ratione: *quicquid non est necessarium, non est illud, Hominem esse animal.*

Et ista negans: *Petrum esse lapidem, non est necessarium*, ita convertitur in universalem negantem: *quicquid est necessarium, non est illud, Petrum esse lapidem.*

Nec verò te moveat, quod violentè non nihil videantur efferri istiusmodi convertentes. Ab insuetudine enim sermonis familiaris id
 saltem

faltem est. Elegantem autem concinnitatem non tam spectare heic debemus, quam nudam rei veritatem. Quanquam interim tolli durities benè potest, si quis flagitet. Sumamus enim hanc: *quoddam quod est necessarium, est illud, Hominem esse animal.* & vel sic efferamus: *quoddam quod est necessarium, est enunciatio hæc, Homo est animal.* vel ita certè: *quoddam quod est necessarium, est id quod dicit enunciatio hæc, Homo est animal.* Idem dicendum de ceteris.

Divisarum verò universalium negantium quidem conversio simplex ita instituitur. *Quicquid est homo, non est necessario lapis; Ergo quicquid est necessario lapis, non est homo. Quicquid est homo, non est impos-*

D 4

sibile

sibile esse doctum; Ergo quicquid impossibile est esse doctum, non est homo.

Quibus & privativas lubet subjungere, ut: Quicquid est homo, non est necessario non animal; Ergo quicquid est necessario non animal, non est homo. Quicquid est homo, non est impossibile non esse doctum; Ergo quicquid impossibile est non esse doctum, non est homo.

Simpliciter item convertuntur in hunc modum particulares affirmantes: Quidam homo est necessario animal; Ergo quoddam quod est necessario animal, est homo. Quoddam quod est lapis, impossibile est esse animal; Ergo quoddam quod impossibile est esse animal, est lapis.

Per accidens verò universales affirmantes: ut: Omne animal est necessa-

cessariò substantia; Ergo quoddam quod
est necessariò substantia, est animal.
Quicquid est animal, impossibile est esse
arborem; Ergo quoddam quod impossi-
bile est esse arborem, est animal.

Per contrapositionem tum eæ-
dem: ut: *Omne animal est necessariò
substantia; Ergo quoddam quod non est
necessariò substantia, non est animal.
Quicquid est animal, impossibile est esse
arborem; Ergo quicquid non impossi-
bile est esse arborem, non est animal.*

Tum particulares negantes, ut:
*Quidam homo non necessariò ambulat;
Ergo quoddam quod non necessa-
riò ambulat, est homo. Quoddam quod
est equus, non impossibile est currere;
Ergo quoddam quod non impossibile est
currere, est equus.*

D S

Exem-

Exempla hæc pauca sunt pro
omnibus, ubi alii adhibentur mo-
di: quorum neq; dissimilis ratio.
Sicuti & privativarum conversio-
nem in divisis, imò in compositis
quoq;, nemo erit, opinor, qui non
suo pte Marte deprehensus
nunc sit.



COM.



COMMENTARII

PARS POSTERIOR

DE SYLLOGI-
SMIS MODALIBVS.

CAPVT I.

De syllogismis modalibus
compositis primæ figuræ.



Atis de enuncia-
tionibus modalibus.
Nunc syllogismos
videamus: & prius
quidem compositos,
hoc est, in quibus reperiuntur com-
positæ, posterius divisos, sive in
quibus continentur diuisæ.

Com-

Compositos autem primæ figuræ uno fanè modo dari certum est, nempe quum minor & conclusio tantum sunt compositæ. Verbi causa:

Quicquid est necessarium, non est contingens.

Hominem esse animal, est necessariū.

Ergo hominem esse animal, non est contingens.

Quicquid est impossibile, non est necessarium.

Hominem esse lapidē, est impossibile.

Ergo hominem esse lapidem, non est necessarium.

Ecce major & utrobique; heic & in similibus aliis prorsus non est modalis: minor verò & conclusio sunt modales compositæ.

Idem fieri videmus, etiam quum
neq;

neq; necessarii, neq; impossibilis,
neq; contingentis, neq; possibilis in
syllogismo exstat mentio. Vt:

*Quicquid est à deo decretum, est omninò
certum.*

*Mundum redactum iri in nihilum,
est à deo decretum.*

*Ergo mundum redactum iri in nihi-
lum, est omninò certum.*

*Quicquid conceditur ab universo genere
humano, negari facile non debet.*

*Animam esse immortalem, concedi-
tur ab universo genere humano.*

*Ergo animam esse immortalem, ne-
gari facile non debet.*

*Quicquid non est bonum, ferendum non
est.*

Hominem esse solum, non est bonum.

*Ergo hominem esse solum, ferendum
non est.*

Neq;

Neque minor enim neq; conclusio heic à modalibus compositis quidquam distat.

Porro an major itidem possit esse composita, disquisitione indiget. Nullum certè video periculum, si simplex sit terminus minor, non dictum integrum, hoc est, si propositio minor sit composita inversa: quemadmodum in exemplis hujusmodi:

Hominem esse animal, necessarium est.

Quoddam quod non est contingens, est illud, hominem esse animal.

Ergo quoddam quod non est contingens, necessarium est.

Hominem esse lapidem, impossibile est.

quoddam quod non est necessarium, est illud, hominem esse lapidem.

Ergo quoddam quod non est necessarium, impossibile est.

Mundum

Mundum interiturum, de fide est.

*Quoddam quod est possibile, est illud,
mundum interiturum.*

*Ergo quoddam quod est possibile, de
fide est.*

At verò si terminus minor æquè
cum medio integrum sit dictum,
magnâ opus est cautione. Exempli
gratia:

Hominem esse animal, necessarium est.

*Hominem esse equum, est, hominem
esse animal.*

*Ergo hominem esse equum, necessa-
rium est.*

Duplex enim sensus propositio-
nis minoris. Vnus: *Hominem esse
equum, est aliquid quo posito sequitur
hominem esse animal*: in quo vera
quidem est, sed prædicatum habet
longè diversum à subjecto majoris,
quod

quod fieri non debebat. Alter: *Hominem esse equum, est idem quod, hominem esse animal.* atq; sic falsa est.

Pari modo solvitur illud:

Te esse animal, verum est.

Te esse equum, est, te esse animal.

Ergo te esse equum, verum est.

Aut enim sumitur minor in sensu priore, & quatuor ibi tum in syllogismo sunt termini: aut in posteriore, & sic neganda ipsa.

Quare in ejusmodi formulâ subjectum minoris, quoad significatum, idem esse oportet cum medio; veluti heic:

Hominem esse animal, necessarium est.

Hominem esse corpus animatum sentiens, est, hominem esse animal.

Ergo hominem esse corpus animatum sentiens, necessarium est.

ubi

ubi rectè efferri minor sic potest:
Hominem esse corpus animatum sen-
tiens, est idem quod hominem esse ani-
mal.

CAPVT II.

De compositis secundæ figu-
 ræ.

IN secundâ itidem difficultas nul-
 la, quum minor & conclusio fal-
 tem sunt compositæ; ut:

Quicquid est impossibile, non est contin-
gens.

Socratem loqui, est contingens.

Ergo Socratem loqui, non est impos-
sibile.

qui syllogismus redigitur in pri-
 mam, conversâ maiore, quomodo
 notum est, simpliciter.

E

Etiam

Etiam major verò potest esse composita. Sed ibi tum vel minor non est simul composita, vel conclusio. Minor quidem, ut in hisce: *Equum esse bestiam, est necessarium.*

Quod contingens est, non est necessarium.

Ergo quod contingens est, non est illud, equum esse bestiam.

Hominem esse lapidem, non est contingens.

Quoddam quod est verum, est contingens.

Ergo quoddam quod est verum, non est illud, hominem esse lapidem.

ubi utrobique conclusio est composita inversa. Reductio autem fit ad primam, reciprocatâ majore, in priore quidem per contrapositionem, ut: *Quicquid non est necessarium,*

rium,

rium, non est illud, equum esse bestiam.
 in posteriore simpliciter, ut: *Quic-*
quid est contingens, non est illud, homi-
nem esse lapidem.

Major verò, quemadmodum in
 istis:

Hominem currere, non est necessarium.

Hominem esse animal, est necessa-
rium.

Ergo hominem esse animal, non est,
hominem currere.

Petrum esse animal, est necessarium.

Petrum esse canem, non est necessa-
rium.

Ergo Petrum esse canem, non est, Pe-
trum esse animal.

ubi utrobique in conclusione & sub-
 jectum & prædicatum integrum
 est dictum: reductio autem insti-
 tuitur eodẽ pacto, ut proximè antè.

E 2

Neq;

Neq; est, quod objicias, compositas esse singulares, ac propterea majoris propositionis vicibus fungi neque in secundâ neq; in primâ posse, utpote ubi semper illa requiratur universalis. Virtute enim universales ipsas esse, non minùs quàm singulares aliæ, quarum subjectum terminus simplex, monuimus supra.

CAPUT III.

De compositis tertiæ figuræ.

NEque minùs negotium planissimum est in tertiâ, si composita ibi & major & minor, ut:

Socratem esse hominem, est necessarium.

Socratem esse hominem, est credibile.

Ergo

*Ergo quoddam quod est credibile, est
necessarium.*

*Hominem esse animal, non est contin-
gens.*

*Hominem esse animal, est necessa-
rium.*

*Ergo quoddam quod est necessarium,
non est contingens.*

ubi conclusio neutra modalis; mi-
nor autem in reductione utrobique;
ita convertitur: *Quoddam quod est
credibile, est illud, Socratem esse homi-
nem. Quoddam quod est necessarium,
est illud, hominem esse animal.*

Quod si verò præmissarum al-
tera saltem est composita, prædi-
cari in altera dictum de dicto ne-
cessum est. Hoc ergo si fit in mino-
re, ita conclude:

Socratem esse hominem, est necessarium.

E 3

Socra-

Socratem esse hominem, est, Socratem esse animal rationale.

Ergo quoddam quod est illud, Socratem esse animal rationale, est necessarium.

cujus minor in reductione sic convertenda: *Quoddam quod est illud, Socratem esse animal rationale, est Socratem esse hominem.* Neq; morandum, si horridior fortè illa videatur eloquutio.

Si verò fit in majore, ita infer: *Hominem esse substantiam, est, hominem esse ens per se subsistens.*

Hominem esse substantiam, est necessarium.

Ergo quoddam quod est necessarium, est illud, hominem esse ens per se subsistens.

cujus minor quomodo sit convertenda

tenda, ignotum nunc amplius esse nequit.

CAPVT IV.

De syllogismis modalibus diuisis primæ figuræ.

MOdum in diuisis partem esse termini, abundè constare arbitror. Quo posito, circa syllogismos quidem diuisos primæ figuræ notari hæc velim.

Primum est, si modificatum sit prædicatum maioris, modificatum quoq; esse oportere prædicatum conclusionis; idq; etiamsi nullus prætereà terminus in toto syllogismo sit modificatus. Affirmantes ergo hi sunt:

Quicquid est homo, est necessario animal.

E 4

Petrus

Petrus est homo.

Ergo Petrus est necessario animal.

Quicquid est animal, est necessario non lapis.

Equus est animal.

Ergo equus est necessario non lapis.

Negantes verò isti:

Quicquid est animal, non necessario locomovetur.

Homo est animal.

Ergo homo non necessario locomovetur.

Quicquid est arbor, non est necessario non corpus.

Platanus est arbor.

Ergo platanus non est necessario non corpus.

Pro necessario pone tu jam quemvis alium modum: & rem eodem recidere semper deprehendes.

Neq;

Neque est quod quis dubitet, conclusionem ejusmodi modificatam sequi, si major sit modificata, minor non item. Quis enim non videat, fundari id genus argumentationes super dicto de omni & nullo?

Non sanè obstat exemplum hoc, in quo falsum credi possit inferri ex præmissis veris:

Quicumq; est philosophus, est necessario doctus.

Quidam homo est philosophus.

Ergo quidam homo est necessario doctus.

Majoris enim sensus duplex, compositus sive formalis, & divisus sive materialis. In composito subintel- ligit illud, *posito quod sit philosophus,* quod reverà non nisi prædicati ad-

E s

pendix.

pendix. Imò in uniuersum tales reduplications, utut subiecto adpositæ, ad prædicatum pertinent. Vnde & syllogismus iste: *Omnis homo est substantia; Socrates, quatenus est rationalis, est homo; Ergo Socrates, quatenus est rationalis, est substantia;* quinq; laborat terminis: puta, quia reduplicatio & in minore & in conclusione ad prædicatum spectat, adeoq; utraq; sic effertur rectissime: *Socrates est homo, quatenus est rationalis; Ergo Socrates est substantia, quatenus est rationalis.*

Si ergo in sensu composito, in quo vera est, limitatio illa subintelligitur in fine prædicati maioris, subintelligatur eadem & in fine prædicati conclusionis, & erit hæc ibi tum æquè vera; ut: *Ergo quidam*
homo

homo est necessariò doctus, scilicet posito quod sit philosophus. In sensu autem diviso non subinnuit major conditionem istam, ac proinde sic falsa est; neq; igitur mirum, si falsa quoque conclusio. In sensu, inquam, diviso modificatum prædicatum respicit subjecti materiale, non formale, ut in composito.

Similiter si dicam ego:

Quicumque movetur, contingenter movetur.

Quidam currens movetur.

Ergo quidam currens contingenter movetur.

nemo tam sit inconsideratus, qui sequelam carpat. In sensu enim composito falsam quidem non nego esse conclusionem: at verò in diviso accipere eam oportet. Terminus

minus nempe ille, *contingenter movetur*, absolute hæc, nullaq; subaudita determinatione, quæ superformale subjecti referatur, capiendus, quum ad eundem modum adtribuatur medio in majore.

Secundum est, modificatum insuper esse posse prædicatum minoris, sed ibi tum necessum esse ut & modificatum sit subjectum majoris. Exempli gratia:

Quicquid necessario est homo, necessario est animal.

Petrus necessario est homo.

Ergo Petrus necessario est animal.

Quicquid impossibile est esse animal, impossibile est esse hominem.

Lapidem impossibile est esse animal.

Ergo lapidem impossibile est esse hominem.

Verum

Verum quidem est, si prædicatum minoris fuerit modificatum à modo necessario vel contingente, non modificato subjecto majoris, veram tamen consequi conclusionem. Sed hoc fit quia utrumq; & necessariò esse & contingenter esse præsupponit sive includit esse. Contingens nempe, uti notum, sumo ego pro eo quod actu est & potest non esse. Interim si rem exigas ad formam syllogisticam, ita comperies esse statuendum, quemadmodum nos docuimus.

Tertium est, modificari posse, non medium saltem & extremum majus, sed insuper extremum minus, puta sic:

Quicquid possibile est ambulare, necessariò est animal.

Quod-

*Quoddam quod contingenter sedet,
possibile est ambulare.*

*Ergo quoddam quod contingenter se-
det, necessariò est animal.*

Ex universis hisce manifestum
jam quoq; , perinde esse , sive tres
illi in syllogismo termini consimi-
liter sint modificati, sive dissimili-
ter, sive omnes etiam sint modifi-
cati sive quidam tantum: dummo-
dò prædicato majoris prædicatum
conclusionis , subjecto minoris
subjectum conclusionis, & subie-
cto maioris prædicatum minoris
respondeant : idq; ex præscripto
dicti de omni & nullo.

C A P V T V.

De divisio secunda figuræ.

Hucusq;

HUc usq; fuit figura prima. In
secundâ ad id uti prædica-
tum conclusionis evadat modifi-
catum, requiritur uti antè modifi-
cetur subiectum minoris; ut:

*Quicquid necessario est homo, non est
lapis.*

Adamas est lapis.

*Ergo adamas non necessario est ho-
mo.*

cuius syllogismi maior in reductio-
ne ita convertenda: *Quicquid est la-
pis, non necessario est homo.*

Quod si verò prædicatum u-
triusq; præmissæ, hoc est, medium,
solummodò est modificatum,
conclusio modificationis omnis
expers planè erit, ut:

*Quicquid est homo, non necessario est
arbor.*

Plata-

Platanus necessariò est arbor.

Ergo platanus non est homo.

cujus major ita convertitur: *Quicquid necessariò est arbor, non est homo.*

Sed & heic modificatos pari ratione omnes terminos esse posse, liquidissimum jam esse existimo.

CAPVT VI.

De diuisis tertiæ figuræ.

Sic in tertia satis est ad inferendam conclusionem modificati prædicati, si modificatum fuerit prædicatum majoris. Quare legitimus hic omninò syllogismus:

Quicquid est homo, necessariò est substantia.

Quoddam quod est homo, est animal.

Ergo

modales compositæ, ab iis, in quibus divisæ, liquet ex illis, quæ à nobis disputata sunt. In istis enim integra dicta bis ponuntur: in his simplices tantum termini. Ideò cavendum summopere, ne per imprudentiam pro divisis compositas accipiamus, aut vice versâ.

Exempli gratiâ:

Omni partem hominis esse corpoream, impossibile est.

Brachium est pars hominis.

Ergo brachium esse corporeum, impossibile est.

hec & maior & conclusio est modalis composita; neq; tamen dicta integra iterantur, sed simplices termini, sive partes dicti. Quare & quinque terminorum syllogismus iste; quorum unus *impossibile est*, qui prædi-

prædicatum & maioris & conclu-
sionis: alter, *Omne[m] partem hominis*
esse corpoream: tertius, *brachium*:
quartus, *pars hominis*: quintus, *bra-*
chium esse corporeum. Sicuti neq; re-
digi in divisum potest, quum ma-
ior ibi tum fiat falsa, ut:

Quicquid est pars hominis, impossibile
est esse corporeum.

Brachium est pars hominis.

Ergo brachium impossibile est esse
corporeum.

Idem esto iudicium de sequen-
tibus:

Omne ens esse creaturam, impossibile est.

Homo est ens.

Ergo hominem esse creaturam, im-
possibile est.

Omne ens esse omnipotens, non est ne-
cessarium.

F 2

Deus

Deus est ens.

*Ergo deum esse omnipotentem, non
est necessarium.*

*Omnem substantiam loqui, non est con-
tingens.*

Petrus est substantia.

*Ergo Petrum loqui, non est contin-
gens.*

Quinque enim heic ubiq; sunt termini. Si verò in divisos transformentur syllogismos, majores propositiones fortientur falsas; nempe has: *Quicquid est ens, impossibile est esse creaturam. Quicquid est ens, non est necessario omnipotens. Quicquid est substantia, non contingenter loquitur.*

Hæc omnia sicuti eo pacto se habent, ita pessimè quoq; fiat, si in syllogismo præfigas modos enun-
ciatio-

non
con-
ciationibus, etiam quum partes di-
cti, non dicta ipsa, bis ponas. Tales
enim omnes esse compositas, in
principio statim hujus libelli subje-
ci. Exempli gratiâ:

Impossibile est hominem esse lapidem.

*Impossibile est adamantem esse ho-
minem.*

*Ergo impossibile est adamantem esse
lapidem.*

stin-
sunt
for-
pro-
em-
sibile
ens,
Quic-
er lo-
o se
si in
un-
tio-
Harum propositionum quum
nulla non sit composita, modum
suo reponamus loco, hoc est, po-
stremo, ut:

Hominem esse lapidem, est impossibile.

*Adamantem esse hominem, est im-
possibile.*

*Ergo adamantem esse lapidem, est
impossibile.*

Ibi tum verò & affirmans in se-

cundâ deprehenditur esse syllogismus, & medium reperitur in conclusione, & subjectum conclusionis non reperitur in præmissis, sicuti neque subjectum majoris in conclusione: quæ profectò quatuor sunt peccata maxima.

Termini itaque simplices quia repetuntur, non dicta, indicio illud est, omnes debere esse divisas, id est, modum debere præfixum esse prædicatis; ut:

Quicquid est homo, impossibile est esse lapidem.

Adamantem impossibile est esse hominem.

Ergo adamantem impossibile est esse lapidem.

Atqui heic quatuor sunt termini, quum subjectum majoris
ita

ita habeat, *Quicquid est homo, prædicatum verò minoris sit, impossibile est esse hominem.*

Similiter tale esto argumentum:
Necesse est omnem hominem esse animal.

Quoddam album est homo.

Ergo necessum est quoddam album esse animal.

Et major ibi & conclusio est composita. Quid ergo pro dictis ipsis partes dicti bis sumuntur? Sed age commutemus utramq; in divisam, ut:

Omnis homo est necessariò animal.

Quoddam album est homo.

Ergo quoddam album est necessariò animal.

Neque verò tum video, quid desiderem. Conclusio equidem verissima est, quum antea duplicem

haberet sensum, & in falso quidem, primo intuitu, sese nobis obferret.

Hoc ipsum ergo si in exemplis omnibus, præter cetera, quæ monuimus, curiosè observaveris, amice lector, non dubitamus, quin expeditissimus in hac parte logices de modalibus futurus sis. Nobis verò grave quoq; non erit, uberiùs posthac singula capita explicare & confirmare, si conatus quidem nostros locum aliquem apud te reperturos animadverterimus.

SOLI DEO GLORIA.

LECTO-



L E C T O R I .

NE frustra essent pagellæ
 residuæ, visum typogra-
 pho fuit elegantissimos hosce
 subjungere scazontas, quos
 Cl. vir, JOHANNES NENDOR-
 FIVS, perscripsit aliquot ab-
 hinc annis ad BARTOLDUM
 NIHSIUM & CONRADUM
 HORNEIUM.

F 5

Salve



Salvete laudis ista adorea nuper
 Ornata pubes, eruditiorum flos,
 BARTOLDE, tuq; HORNEI,
 uterq; mî carum

Caput, pari par laudis æmulum nisu.
 Salvete at hoc mî uterq; nomine in pri-
 mis,

Quòd ambiistis istud haud decus more
 Vulgatiore, litterariæ quàm fert
 Rei usus, atq; honos chori Medusæi,
 Ut veritatis aureæ parùm docti
 Potiusvè securi, arca sacra quam servat
 Novem sororum, non cuiq; se pandens,
 Ad opinionum pergeretis anfractus.
 Ut namq; veste, & more seculũ quoduis
 Cultum, colorem, ac indolem novam præ-
 fert,

Sic omnis ætas insolente se forma

Sapien-

Sapiendi ab arte vendit atq; & ostentat:
Nec secius nunc evenire quis dicat.

Nugæ. Quid ista varietate ventosum
Magis, vel esse quid nocentius possit,
Simplicis obitur ubi negotium veri,
Cui eruendo ex abdito latebrarum
Addixit omnem antiquitas, & impedit,
Siti absq; vanæ gloriæ, & levis famæ,
Studiosa vitam, ut posteris foret lumen,
Nequaquam opinionum, inepta, iners
lucta.

Sed eo relicto, prodiit genus mirè
Placens sibi, sensu ebrium suo, famæ
Sitiens magis, quàm veritatis illustris:
Qui quod quis unquam quaq; in arte,
& ætate

Quacunq;, quantacunq; laude magnus
vir

Afferuit, & rationibus satis firmis
Astruxit, illi in laude deputant magna,
Si

*Simox vocatum examinis gravem ad li-
bram*

*Ad arbitratus pensitent sui pondus,
Et si vel hilum vergat huc vel huc, quò nò
Debere censent, explicare confestim
Acie, eminusq; cominusq; pugnare
Ausint: at, (ò cerebra digna veratro!)
Quàm non Achilleis, ut illi opinantur,
Telis in hostem praeliantur insontem!
Quin immo quicquid inauspicata sum-
mittit*

*Cohors opinionum, id impigri vibrant.
Mox robur illud omne quando consum-
ptum,*

*Rem autoritatum plumbeis gerunt telis.
His congerendis undecumq; desudant,
Rubiginosis, an nitentibus, rectis
Pravisne, tortis, an secus, nihil refert,
Modò hic vel ille fuerit usus his olim.
At interim illa norma temnitur priscis
Inventa, & usitata candidi veri*

Enucle-

Enucleandi, & asserendi, & ornandi,
 Fuco absq; & absq; gloria fame vana.
 Puerile habetur, haud reconditis sese
 Totum occupare litteris, nec his totis,
 Sed quæstionum inexplicabiles nodos
 Quousq; præbent, quos habere opinatur
 Messem beatam, & laudis omne mo-
 mentum.

Hic meta fixa est: hinc brabeiõ expectat.
 Studere linguis, cuncta turba doctorum
 Quas censet omnis artis esse custodes,
 Et disciplinas combibisse conari
 E fonte vero penitus antè, quàm fiat
 De scrupulosis, arduis & implexis
 Arguta disquisitio, atq; fastosa,
 Imo id popello, si deis placet, relinquunt.

Horum ergo morem quòd valere jus-
 sistis,

Præpostereq; nil, cupidine aut prava
 Captandi honoris, aut laboris offensa,
 Egistis isto in litterario circo,

Dum

Dum liberali pectus omne doctrina,
 Nugis relictis, ac inanibus fumis,
 Non penitendis imbuiſtis exemplis;
 Id gratulari primitus volo vobis:
 Hinc & honore, præmio novo veſtra
 Virtutis, iſto quod nitetis inſignes.
 Hoc namq; calcar, cætera ut minùs dicã,
 Addet, ſerenæ ut dia templa doctrine
 Celebrare porrò ſtudio ametis impenſo,
 Nec penitendam tranſigatis ætatem
 Vobismet ipſis, commodoq; quorumvis.

Joannes Nendorſius.

F I N I S.

e


ca,


fo,

is.

is.







Mg 1841 ml


ULB Halle 3
003 647 072



SB

VOT







2.

BARTOLDI NIHSVII
COMMENTA-
RIVS LOGICVS
NOVVS, SVCCINCTVS
AC DILVCIDVS
 De
ENVNCIATIONIBVS
 ET
SYLLOGISMIS
 MODALIBVS.

Fr-408



J E N Æ
expis & sumptibus
JOHANNIS BEITHMANNI.
 —————
 clō lō cxiix.

